

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Joachim Stockmann

**Rector Universitatis Rostochiensis Joachimus Stockman, Phil. & Med. D. ac Prof.
Ad Exsequias Quas Puello lepidissimo Joachimo Eilero, Maestissima mater parat
Cives Academiae ad horam ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn751405647>

Druck Freier  Zugang



Stockman, J.,

in

J. Eiler.

Rost. 1650.

17.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn751405647/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn751405647/phys_0003)

DFG



95

RECTOR
Universitatis Rostochiensis
JOACHIMVS STOCKMAN,
Phil. & Med. D. ac Prof.
Ad Exsequias
Quas
Puello lepidissimo
JOACHIMO EILERO,
Mæstissimæ mater

parat
*Cives Academia ad horam in puncto med. prima
in eadem Marianam per amantem
invitat.*



ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.
Anno M. DC. L.





Nte biennium , C I V E S
ACAD. ipsis Kalendis Junii, ad suæ
quietis locum deduximus E I L E-
R U M Patrem, cujus hodie Kal.
Mart, efferetur filiolus. Casus est nō
quidem inusitatus, sed matri quām tristis sit & lu-
guosus, omnium optime dijudicabunt ij, qui ali-
quando in simili naufragio sunt versati. An ve-
rò mæstissima Matrona eâ de caussâ indignabi-
tur, an expostulabit cum D E O , cum ejus provi-
dentia, cum seculi fortuna? Id quidem nec pie-
tati aut fidei nostræ Christianæ, nec patientiæ
conveniret, quam Servator nos docuit, nec ad
ullam rem foret utile. Cogitabit Matrona hone-
stissima Deum quos amat cum maximè exerce-
re, nosque ad hoc sacramentum adactos esse, fer-
re mortalia. Fit quidem non rarenter in hac vita,
ut bonis quos Deus impensè amat, eveniant tan-
tæ calamitates , ac si omnibus sceleribus conta-
minati essent, quibus impij sunt obnoxii: cùm
ex adverso homines impii nonnunquam , quos
tamen detestatur Deus, illis perfruantur deliciis,
quas suis cultoribus ipse promisit, imò filii etiam
ipsorum non raro felices esse videantur. Sed est-

A 2

hæc

hæc una ex illis vanitatibus, ut loquitur Ecclesiastes, quæ sunt super terram (nim. hoc seculo tantum, in altero enim, quod vanitate caret, bonis bene, malis autem malè semper est) quia sunt justi quibus usu venit, ac si fecissent opus impiorum: & sunt impii, quibus usu venit, ac si haberent opus justorum. Ut videamus non magni pendenda seu bona seu mala esse, quæ in hac vita bonis malisq; videmus esse communia, sed illa bona querenda quæ bonorum, atq; illa maximè fugienda mala, quæ propria sunt malorum, ut elegantissimè B. Augustinus monet. Errant igitur vehementer qui ab externa rerum specie judicium de pietate aut impietate mortalium ferunt, cum in hoc mundo feliores plerumq; sint qui hanc exercent, quam qui illam ex animo collunt. Quod vel exemplo suo testatur hodie ANNA Eggebrechts matrona singularis exempli. Ea, uti diximus superius, ante biennium demum desideratissimum Maritum suum, JOACHIMUM EILERUM, Senatorii ordinis, spectatæ fidei, prudentiæ & probitatis virum extulit. Ex illo tempore miserabilium personarum sortem, & viduitatis molestias magno suo malo, ut & difficultatem in educatione liberorum haec tenus experitur. Neq; heic calamitatum pausa: vulnus vulneri additur, & veteres cicatrices ex obitu Mariti antehac

antehac acceptæ, jam aliquantum obductæ refri-
cantur, dum Patrem sequitur per mortem natu
minimus filiolus DANIEL, cuius exuvia magnæ
mortaliū matri hodie hora I. post meridiem
commendabuntur. Quod an sine dolore & ge-
mitibus facere poterit Mater, æstimabunt u., qui
eandem fortunam experti sunt. Datus is est in-
hanc lucem d. XXVIII. Martii Anno clo Ioc
XLIII. Pater illi, quem diximus, JOACHIMUS
EILERUS, Senator quondam hujus Reipub, do-
ctrinâ ac virtute præstantissimus contigit. Quem,
cum Germaniæ præcipuas urbes, Academiarum
quamplurimas visitârat summæ famæ viris & in-
notuisse familiariter & ingenium juxta ac mores iis
probâsse accepimus Mater autem AGNETA non
minus ex honestissimis clarisq; majoribus orta
est. Siquidem Patre edita viro Amplissimo &
Consultissimo Dn D. DANIELE Eggebrechten
Consule quondam apud Wismarienses Seniore,
& in judicio Provinciali atque aulico Assessore,
gravissimo juxta ac meritissimo; Matre AGNE-
TA Schmiedes Matronâ laudatissimâ. Avum
paternum Puerulus noster Macarites habuit Pa-
tri cognominem, virum spectatissimum ac inte-
gerrimum, civem quondam & Zythopoeum Ro-
stockiensem qui, AN 1625. vitâ concesit; Aviam
paternam MARGARETAM Bessels matro-

nam honestissimam acpiam, quæ d. XXIII Augu-
sti An. c. 10 Ic XXXI. inter homines esse desit.
Proavus ei fuit DN. NICOLAUS Eggebrecht/
Jurisperitus & usus forensis callentissimus: pro-
avia MARGARETA Horneffers matrona optima
Proavus maternus DN. BRANDANUS Schmied
Civis quondam apud Wismariensis primarius: Pro-
avia AGNETA Krügers/ matrona honestissima.
Hisce ortus majoribus, quid putemus futurum
fuisse ex hoc puerulo, si parem cum majoribus
ætatem atra mors non invidisset? Quomodo po-
terat ab ingenita, firmataque per tot genituras
virtute recedere & quorum sanguinem atque
animos uterque parentum infuderant, eorum
studia non sectari? aliud pollicebatur scitis-
simi pueruli indeoles, cuius facies etiam & ele-
gantissimi, qui quidem in eam ætatem cadunt,
mores, quotquot eum nosseint, non in amorem
tantum rapiebant, sed maxima quæque de eo
sperare jubebant. Etenim in ea jam ætate dis-
cernere posse videbatur inter ea quæ parentibus
placita essent aut displicita: certè solo nutu eo-
rum regebatur, neque ullis hic opus erat atro-
cioribus minis. Speraverat equidem mœstissi-
ma Mater, fore ut in pleniorum ætatem is adole-
sceret: sed hanc spem & hæc vota præcidit ever-
titq; invidiosa mors, quæ solet vel multo majo-.

res

res turbas dare, & consilia præconcepta ex imo
convellere. Mense enim superiori decumbe-
re & luctari cum variolis cœpit: verūm iis im-
par, in ipsa eruptione eorundem, accendentibus
ex consensu cerebri gravissimis symptomatibus,
die XXV. Februarii in vesperam abeunte post
quartam placidè obdormivit. Ita beatissimam
animulam reddidit Servatori suo à quo accepe-
rat: matri superstiti cum summo sui desiderio
acerbissimum dolorem, lacrymas, suspiria reli-
quit. Quibus quidem quod aliquantulum in-
dulgeat, nequaquam reprehendendum arbitra-
mur. Eorum id est vel maximè, qui, quibus o-
ptimè cupiunt, ab iis ægerrimè divelluntur: &
quò tenerius amantur quos morte à nobis sepa-
rari cernimus, & majorem luctum & ubiores
esse lacrymas, non solum scriptura concedit, sed
fere etiam jubet. Tantum modus, ut in omni-
bus ita hīc etiam servandus est, ne cum gentili-
bus omni spe destitutis ita tangamur, ut, & con-
viictum & consuetudinem pristinam rejicientes,
cibo somnoq; abstineamus, atq; ita planè ostendamus
dolore nos obrutos adhibuisse in consilium
cogitationum nostrarum desperationem.
Nemo nimium commovetur cù m inquilinum,
post constitutum tempus, domum locatam re-
lin-

linquere alioq; migrare cernit; ita nec perturbari nimium convenit, cum ex hac vita discedere videmus homines: quibus certos commorandi terminos a Deo praescriptos & definitos esse, nostra nos docet Religio. Ipsius pueruli caussa nihil est quod excruciare quenquam possit, nisi quis graviter ferre velit, quod a mortalitate, ad immortalitatem, ex habitatione terrestri ad cœlestem, ex vita turbulentia ad pacificam, e tenebris deniq; ad lucem sit traductus.

Vos, Academiæ Cives, ab hujus pueruli ætate, quantum vobis æqué & plus immineat, animo vobiscum diligenter reputate. Quapropter parate vos in diem. Nemini verò ista denuntiatio nostra mali ominis sit. Quicunq; in momenta mori quam optimè poterit, ille mortem aut non visurus est, aut certe superabit. Ut recens aliqua vos memoria ad meditationem mortis excitet, itote hoc die exsequias frequentissimi, & bene valete. P. P. KAL. MART.

An. 1650.

6(0)80

8



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn751405647/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn751405647/phys_0013)

DFG





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn751405647/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn751405647/phys_0015)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn751405647/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn751405647/phys_0016)

DFG

res turbas dare, & consilia præconere
convellere. Mense enim superiore
& luctari cum variolis capit: V
par, in ipsa eruptione eorundem, a
ex consensu cerebri gravissimis sym
die XXV. Februarii in vesperam a
quartam placide obdormivit. Ita b
animulam reddidit Servatori suo à
rat: matri superstici cum summo
acerbissimum dolorem, lacrymas,
quit. Quibus quidem quod aliquo
dulgeat, nequaquam reprehenden
mur. Eorum id est vel maximè, q
primè cupiunt, ab iis ægerrimè di
quò tenerius amantur quos morte
rari cernimus, & majorem luctum
esse lacrymas, non solum scripture
fere etiam jubet. Tantum modus
bus ita hic etiam servandus est, ne
bus omni spe destitutis ita tangamu
victum & consuetudinem pristinam
cibo somnoque; abstineamus, atque ita
damus dolore nos obratos adhibu
lium cogitationum nostrarum des
Nemo nimium commovetur cù m
post constitutum tempus, domun



no
be
m
ous
us,
ost
n
pe
rio
eli
in
ra.
; o
&
pa
res
sed
ni
ili.
on
es,
en
si
on.
um,
re
lin-

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 0312